

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XII. TIT. V. De Condictione Ob Turpem Causam.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

DE

CONDICIONE OB TUR- PEM CAUSAM,

Qv. I. *An haec conditio sit stricti juris?*

NE G. Est arbitaria, quia est ex delicto. §. 31. *Inst. de act.* Conf. *Laut. pag. 198. verb. Stricti ju-*
sup. tit. 4. q. 3. & 13. *ris.*

Qv. II. *An haec conditio sit ex quasi contractu?*

NEGATUR: Sed ex quasi delicto, oritur enim ex facto & causa *Laut. ibid. verb. ex*
turpi ac illicita. *L. i. pr. h.* *quasi con-*
tractuˆ

Qv. III. *An, si causa utrinque turpis est, melior fit
conditio possidentis?*

AFFIRMATUR: *L. 4. pr. h.*

OB J. *L. 7. §. 1. l. 8.* *Quod met. caus.* ubi adulter repetit ab eo, *Laut. ibid. verb. Si*
cui dedit ne prodatur.

RESP. Non agitur ibi de condicione, sed de actione quod metus *cau/a re-*
causa; condici enim datum non potest, quia allegaret propriam turpi- */petitu*
tudinem, at si actione de metu agit, (*si scilicet justus metus interveni-* *utriusque*
rit,) tunc vis quam allegat est in solo accipiente, neque enim metus
ratione ejus, qui illum passus est, delictum est.

Quod vero autor putat hoc casu lucrum fisco cessurum, id (1) ci-
tra juris autoritatem ita assuritur. Neque (2) penae citra juris auto-
ritatem fingenda sunt, sed probari debent, ut in incestis nuptiis, *l. 4.*
C. incest. nupt. & aliis ab autore allegatis legibus.

IN S T O, quod tamen iniquum sit, cum qui de metu agit, ex sua
turpitudine lucrum sentire.

RESP. (1) Non sentit lucrum, sed id quod dedit repetit. (2)
Neque id repetit ex sua turpitudine, nam agens de metu vim ac me-
tum faltem allegat, qui unice est in ferente. Vid. tamen *Stryk. U.*
M. h. §. 2.

00002

Qv.



Qv. IV. *An causa turpi in cautione expressa tota promissio nulla sit?*

Laut. pag. **T**otam rem expedivi *supra l. 2. tit. 14. q. 36.* Ubi distinxii inter 199. verb. factum turpe promissum, & inter promissionem rei licita ob causam turpem: illud jure non valere, *l. 26. l. 27. l. 123. V. O.* hoc vero subsistere dixi. Atque de eo casu loquuntur *l. 134. pr. V. O. L. f. pr. Cond. ob turp. caus. l. 5. C. Inut. Stip.*

LIB. XII. TIT. VI.

DE

CONDICIONE INDEBITI.

Qv. I. *Cur condicōne indebiti sit introduc̄ta, cum rei vindicatio sufficere videatur?*

RE SP. Jure civili in iis causis, ubi dominium in alterum consenseru meo est translatum, rei vindicationem non dari constat: Neque enim vindicare possum rem, cuius dominium meum amplius non est; ideoque ex aequitate juris Gentium, si forte justa causa deficit, mediante condicōne, jus mihi salvum est: Cum ergo hæc condicōne, ut & reliquæ, ex aequitate naturali dentur, *l. 66. h. inspicitur*, non quid ex formula juris civilis, sed quid jure gentium & ex naturali aequitate est debitum vel indebitum. *L. 47. inf. l. 64. ff. h. Vid. sup. q. 2.*

Qv. II. *An condicōne indebiti sit stricti juris?*

AFFIRMATUR: Nam cum is qui non debitam pecuniam solvit, alterius negotium gerat, indeque in condicōne indebiti negotium inter partes contrahatur, *l. 33. ff. h.* merito ad negotia vel bona fidei vel stricti juris pertinere debet. Vide *B. Par. in Hyp. Inst. de act. §. 23.* Non autem pertinet ad negotia bonæ fidei; tum quia in §. 28. de actionibus non continetur, tum quia usuræ ex eo negotio non praestantur, *l. i. C. h.* tum denique quia tota ratio negotiorum bonæ fidei (de qua *infra tit. de obl. Et act.*) hic cessat: Necessario ergo erit stricti juris: Secus ac in reliquis conditionibus, quæ sunt arbitriae. Vide *tit. praeced. q. 3. Et 13. & infra q. 20.*

Qv. III.

